

A sus religionem Christianam & fidem catholicam pertinaciter assertuit & dogmatice zavit plures articulos, quorum XLV. huic paginae duximus inserendos, qui sequuntur.

ARTICULI IOANNIS VVICLEFF.

Substantia panis materialis, & similiter substantia uini materialis, manent in sacra missa, tamen alterius.

Accidentia panis non manent sine subiecto in eodem sacramento.

II.

Christus non est in eodem sacramento id est & realiter in propria presentia corporali.

III.

Si episcopus vel sacerdos est in peccato mortali, non ordinat, non conficit, non consecrat, non baptizat.

III.

Non est fundatum in euangelio, quod Christus missam ordinauerit.

V.

Deus debet obediens diabolo.

VI.

Si homo debite fuerit contritus, omnis confessio exterior est sibi superflua & inutilis.

VII.

Si papa sit praescitus & malus, & per consequens membrum diaboli, non habet potestatem super fideles ab aliquo sibi data, nisi forte a Caesare.

VIII.

Post Virbanum sexum non est alius recipiendus in papam, sed uiuendum est morte. re Graecorum sub legibus propriis.

IX.

Contra scripturam sacram est, quod viri ecclesiastici habeant possessiones.

X.

B Nullus praefatus debet aliquem excommunicare, nisi prius sciat eum esse excommunicatum a deo: & qui sic excommunicatur, est haereticus ex hoc vel excommunicatus.

XI.

Praefatus excommunicans clericum qui appellauit ad regem vel ad concilium regni, eo ipso traditor est regis & regni.

XII.

Illi qui cuncti prae dicere siue audire uerbis dei propter excommunicationem hominum, sunt excommunicati, & in die iudiciorum traditores Christi habebuntur.

XIII.

Licer alicui diacono vel presbytero prae dicere uerbum dei, absque autoritate sedis apostolicae vel episcopi catholici.

XIV.

Nullus est dominus ciuilis, nullus est praefatus, nullus est episcopus, dum est in peccato mortalium.

XV.

Domini temporales possunt ad arbitrium suu auferre bona ipsa ab ecclesia, possessionis habitualiter delinqutibus, id est, ex habitu, non solum actu delinquutibus.

XVI.

Populares possunt ad suum arbitrium dominos delinquentes corrigere.

XVII.

Decimam sunt pure elemosynae, & parochiani possunt propter peccata suorum praefatorum ad libitum suu auferre eas.

XVIII.

Speciales orationes applicatae uni per sonae per praefatos vel religiosos, non plus pro sunt eidem quam generales, ceteris paribus.

XIX.

C Conferens elemosynam fratribus, est excommunicatus eo facto.

XX.

Si quis ingreditur religione priuatam qualcumque, tam possessionatorum quam mendicantium, redditur ineptior & inhabilior ad observationem mandatorum dei.

XXI.

Sancti instituentes religiones priuatas, sic instituendo peccauerunt.

XXII.

Religiosi uiuentes in religionibus priuatissimis, non sunt de religione Christiana.

XXIII.

Frates tenentes labores manus uictus acquirere, & non per meditatem. Prima pars est scandalosa & presumptuosa asserta, per quanto sic gnatiter & indistincte loquitur: & secunda erronea, per quanto assertit mendicitationem fratribus non licere.

XXIV.

Omnis sunt Simoniaci, qui se obligant orare per alij se in ipsalibus subuenientibus.

XXV.

Oratio praesciti nulli ualeat.

XXVI.

Omnia de necessitate absoluta eueniuntur.

XXVII.

Confirmatio iuuenum, clericorum ordinatio, locorum consecratio, reseruantur papae & episcopis propriis cupiditate lucri temporalis & honoris.

XXVIII.

Universitas, studia, collegia, graduaciones & magisteria in eisdem, sunt uana genitilitate introducta, & tantum profunt ecclesia sicut diabolus.

XXIX.

Excommunicatio papae vel cuiuscumque plati non est timenda, quia est censura Antichristi.

XXX.

Peccant fundantes claustra, & ingredientes sunt uiri diabolici.

XXXI.